



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Aduertenda circa instrumenta Ordinum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](#)

manu celebrantis, reuerenter, & deuotè sumant sacro sanctum corpus Domini.  
Et an pro summo Pontifice agrotante, & pro eodem defuncto orent.

**Concil.** An etiam pro Episcopo ad prescriptum Coaciliij.

Inquirat etiam de fructibus, & prouentibus Ecclesiæ, quomodo dispensentur.

Et accurratè videat instrumenta ordinum, & bullas beneficiorum: præcipue autem infra scripta perpendat.

dia. 6<sup>a</sup>  
Concil.  
Prou. 1.  
qua ad  
bona.

## CAPVT XI.

## Aduertenda circa instrumenta Ordinum.

**D**I LIGENTER, & studiosè circa ordinum instrumenta Visitator consideret.

**Concil.** An in ætate non legitima promotus fuerit; id est ad Subdiaconatum ante 22. annos ad Diaconatum ante 32. Sacerdotium ante 25. inchoatum.

An plures ordines sacros, vel minorem, & Sub diaconatum eodem die suscepere, & etiam, an plures minores non dispensatus ab Ordinario suo.

An sine dispensatione propter interstitia, vbi opus sit.

An si à non suo Episcopo absque dimissorijs sui Ordinarij.

An in temporibus à iure non statutis sine canonica dispensatione; & an in ordine male suscepto ministraverit.

An per saltum; & an sic promotus ministraverit.

An obsterit natalium defectus, etiam occultus; & si fuerit dispensatus in minoribus saltem ab Episcopo, & in maioribus à summo Pontifice, an in dispensationis petitione falsum narratum, aut suggestum sit.

An cum dimissorijs Capituli, vel alterius loco Capituli infra annum à die vacationis concessis promotus fuerit, & hoc casu, an occasione beneficij re-

cepti, vel recipiendi arctatus fuerit.

An maiores ordines ad titulum beneficij, pensionis vel patrimonij non sufficientis, & actu non possessi suscepere.

Consideret etiam, & inquirat an fursum, vel cum aliquo corporis vitio, quod deformitatem notabilem induceret, fuerit promotus.

An excommunicatus, aut per simoniā.

An irregularis ex delicto, vel bigamia non dispensatus.

Et circa hæc magna diligentia adhibenda est, quia vbi ordines sacri extra tempora statuta, aut ante ætatem legitimam, vel sine proprij Episcopi dimissorijs sint accepti ex Constitutione Pij Secundi ad literam relata à Fusth. Suspensione ipso iure incurritur, & administrando irregularitas; vt demum ad beneficiorum priuationem procedi possit: Item Trid. de eo, qui per saltum promotus est; cum seß. 2<sup>a</sup> quo tamen ex legitima causa, si non ministrasset, Episcopus dispensare poterat. Et qui suscepit aliquem ordinem etiam minorem per Simoniam propriam, realem ante ordinationem commissam, licet occultam, que sit causa ordinacionis, est excommunicatus; etiam si committatur dando alicui tertio, non autem Ordinatori. Et illegitimus absque dispensatione.

**Rau. d.**  
**cap. 25.**  
**sub n. 68.**  
**cap. 1.**  
**de fil.**  
**presbyt.**  
**Nauat.**  
**nun. 69.**  
**Nauat.**  
**Qum. 70.**

**Dispensatione ordinatus, siue illegitimi-**  
**tas sic publica, siue secreta, est irregula-**  
**ris. Et quando etiam furtum contra pro-**  
**hibitionem ordinantis, si prohibicio**  
**fuit sub poena excommunicationis latæ**  
**sententia, est excommunicatus, & irregu-**  
**laris; cum quo Papa solus dispensat.**  
**Qui etiam eodem die duos ordines sa-**  
**cros suscipit, posterior est suspensus: &**  
**in eo Papa solus dispensat.**

**Council.**  
**Trident.**  
**sess. 7. c.**  
**20 & 21.**  
**c. 10.**

**Si ordinatus fuerit illegitimè cum**  
**dimissorijs Capituli, vel eius nomi-**  
**ne est suspensus ab executione ordi-**  
**natum, si est in sacris, ad arbitrium futuri**  
**p̄z̄ari; si autem in minoribus est con-**  
**stitutus, priuilegio non gaudet.**

**Si est excommunicatus, licet minores**  
**ordines suscepit, efficitur irregularis,**  
**si excommunicatio erat maior; cum quo**  
**Papa dispensat.**

**Si vero maiores ordines ad titulum**  
**beneficij pensionis, vel patrimonij non**  
**sufficientes, & actu non possunt susce-**  
**perit, est suspensus; sicut etiam quilibet**

**alius male promotus; cum quo solus**  
**Papa dispensat.**

**sixt v.**  
**couit.**

**29.**

**Iraq; hæc poena communis est contra**  
**quoscunq; male promotos; vt sint sui, &**  
**ab executione, ministerio, & exercitu**  
**ordinū susceptorū; & siæ spe, & facul-**  
**tate ad alios superiores ascendendi. Et**  
**si ministrare præsumpt̄runt, sic irregu-**  
**laris effecti, priuati sunt omnibus dig-**  
**nitatibus, beneficijs, & officijs Ecclesiæ**  
**sticis, & iohabiles facti ad illa, aliaue**  
**similia, vel dissimilia obtinenda. At Re-**  
**gulares junctam priuati voce Actiuæ,**  
**& Passiuæ. Et absolutio à reatu, & di-**  
**spensatio ab irregularitate summo Pon-**  
**tifici referuata est; it, vt nec per Iubi-**  
**læ neq; per indulgentias extraordinarias,**  
**etiam Cruciatæ sanctæ ab alio absolu;**  
**vel dispensari queant; nisi in articulo**  
**moris ex dicta Constitutione Sixti V. d. const.**  
**Ideo Visitator aduertat, quando post**  
**illam Constitutionem promotus fuit,**  
**q; edita fuit Nonis Ianuarii Incarna-**  
**tionis Domini anno 1528.**

## CAPVT XII.

### Circa obtinentes beneficia.

**CIRC** A vero beneficia obtinen-  
tes, eorum q; titulos, videat:

**An aliquo Canonico impedime-**  
**to prepediti sint: & si adeo dispellatio an-**  
**fit ad beneficia & ad quot, & ad qualia.**

**An ante 14. annum, vel ante primam**  
**tonsuram beneficium obtinuerit.**

**An beneficium sit erectum, & confir-**  
**matum ab ordinario, ita vt sit beneficium.**

**An beneficium sit simplex, an residuum.**

**Ad quem eius collatio spectet.**

**An sit eius conditionis, vt beneficia-**  
**tus necessarij in aliquo ordine, tempore**  
**collationis constitutus est debeat.**

**An sit tale, vt beneficiatus infra certū**  
**tempus debeat ordinari, vt est Ecclesia**

**Parochialis: vel si esset Archipresbitera-**  
**tus, vel Præpositura, licet beneficium**  
**esset si nplex. Et videat an infra illud**

**Borgn.**  
**decisi. 17.**

**sub nu.**

**tempus fuerit promotus.**

**An item certam ætatem, vel aliam**  
**qualitatem requirat. Collatio tamen de**  
**Canonico, licet beneficium sit cleri-**

**15. num.**

**catus, non autem Canonicius, ren. t.**

**7 lib. 4.**

**Sicut etiam de Curato pro simplici, &**

**de dignitate pro offici.**

**An sit Jurispatronatus, & tunc in.**

**mod. &**

**spicitur, si haberi potest, fundatio.**

**form.**

**An beneficiatus legitimè electus,**

**impetr.**

**præsentatus, ac institutus fuerit.**

**An patronis, vel instituentibus ali-**

**quid promissam, vel solutum sit.**

**I. AN GE**